

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm || Martii Et Aprilis

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10259

De S. Paterno episcopo Abrincensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77384](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77384)

VITA S. PATERNI EPISCOPI ABRINCENSIS,
SATIS, VT APPARET, FIDELITER, SED VALDE OB-
scuro stylo conscripta. Itaque in gratiam lectoris oratione aliquanto
Latiniori redita est per F. Laur. Surium.

16. Aprilis.
Licit Vſu
ardus eum
habeat 23.
Septembris,
forasiss p-
pter transla-
tionem.

S. Paterni
patria.

Mater.

Monastica
vitam com-
plectitur.

S. Paternus
cum Scubi-
lione degit
in specu.

Illorum ze-
lius & con-
stantia.



Eligiosæ actiones, virtutum incrementis cumulataæ, atque ad fastigium sacratae benedictionis perductaæ, tum quoquæ miraculorum fide dignorum transacti temporis testimonio approbatæ, viuacibus meritis nunquam absunt à fidei internis obtutibus, etiamsi nullis sint literarum monumentis consignataæ. Neque enim extrinsecus adhibitis indigent testimonijs, cùm domesticis veræ gloriae documentis fulciantur. Verum enī muerò ob aliorum utilitatem expedit planè etiam in scripta eas referri. Itaque etiam nos beati Paterni antistitis præclarè gesta scribenda suscepimus: confirmatur enim grex deuotus sui pastoris suffragio, quoties eius virtutum commemoratione recreatur. Ortus est autem beatissimus Paternus apud Pieta- uos, Aquitaniam oppido, & quidē ex parentibus generis nobilitate atque etiam publica administratione conspicuis. Sed vicit ipse natalium splendorem vitæ & morum claritudine, Iulita matre, iam ab annis duobus vidua, illum honestissimè educante.

In ipsa verò tenera ætate, celesti inspiratione permotus, religiosæ vita frenos sibi spō- tē iniecit, in monasterio * Enixionensi Dominicæ seruitus iugo & habitu monastico suscepto. Vbi sanè non multò pōst ab Abbatē ad cellarij dispensationem adhibitus, in illo primo suæ promotionis gradū non obscuræ de se indicia dedit, idoneum se fore, cui diuina agente prouidentia, etiam pontificatus functio & plurimarum rerum administratio quandoquè demandaretur. Volebat autem mater eius iam coenobium ingresso vestem parare: cumq[ue] telam ordita esset, eamq[ue] casu super teclum reposuisset, milius eam ad suum nidum absportauit: vbi post anni exacta spatia reperta est integra, adē vt eius stamen nec imbræ hyemis, nec æstatis feruores corruerint. In ipsa adhuc adolescentia ad sublimiora sanctæ vitæ studia adspicere, cùm non fidereris- bīpsi propter ætatis teneritudinem, cum Scubilione, eiusdem loci monacho, prius communicato consilio, pro Christi amore relictis parentibus, in pago Constantino (sic enim loquitur author historiæ) vñā cum illo libenter constituit peregrinus degere. Itaque nihil præter Psalterium secum accipientes, cō profecti sunt. Porro sanctus Scu- bilio, licet ætate maior esset, videns beatum Paternum meritis venerabilem, vt illum sibi æquaret, pallium suum diuisiit, eiq[ue] partem dimidiam dedit. Ambobus verò propter caprandam solitudinem insulam quandam adire cupientibus, vir quidam nobilis & religiosus Deoq[ue] dilectus detinuit eos apud se, donec ciuib[us] suis illorum aduentum indicaret: rogauitq[ue] illos, vt in fanum Scisciaccum se reciperent, suisq[ue] preci- bus homines ethnicisni erroribus implicatos, à dæmonum cultu reuocarent. Tum verò illi circa montis sinum in cauernam quandam ingressi sunt: cumq[ue] populus, execrabilis ductus consuetudine, in illo fano debaccharetur, sancti viri admonebant miseros, nē falsos deos colendo se æternū perderent, qui salutem possent adipisci sempiternam, si non eiusmodi iniuria suum irritarent creatorem: aiebantq[ue] rectius omnino ipsos facturos, si per gratiam Dei renati, suum colerent conditorem. His au- ditis, homines insani reuerendos viros irreuerenter conteninunt, rituquo suo coepit cultum pertinaciter prosequiuntur. At sancti viri tum sanctæ Crucis signo, tum fidei feruore armati, accedunt ad vase, in quibus illi miseri pulmenta coquebant, suisq[ue] ea scipionibus euertunt: potum quoquæ effundunt, posthabito præsentissimo vita sua periculo, vt pro Christo fortiter dimicarent, parati etiam, iminē & appetentes pro illo obire martyrium, si non defuisse percesserit. Ecce autem nūtu diuino timore cor- ripiuntur, qui sanctoros viros facile etiam trucidare potuissent: sed cū ad suum locum ambo reuerterentur, mulier quedam in illorum contumeliam sese nudauit: at repen- tē membris omnibus contrahitur, totoq[ue] anno vigore tabescente cruciatur, ner- uisque debilitatis, etiam vlcere flagellatur, donec petita à sanctis viris venia, illis Domi- num rogantibus, sanitati restituta est.

Accidit quodam die, vt non nisi dimidiis panis illis ad necessariam refectionem super-

supererat. Adueniente autem peregrino quodam, beatus Paternus humanitatis studio cum illi largitus est, potius apud Deum sibi ex illo mercedem colligere volens, quam in suum cum ventrem recondere. Vbi autem statua edendi hora aduenit, sanctus Scubilio rogauit eum, ut illud panis frustum ipfis apponaretur. Cui Paternus ait: Christus, qui semper abundat, seruis suis escas subministrabit. Tulit hoc molestè Scubilio, quippe qui labore defessus, nihil inueniret, unde vires exhaustas reficeret. Intērim non dormitabat prouidentia Dei ad suppeditandam escam seruis suis, nec eos fame dis- cruciari passi est ille, qui aperit manū suā, & implet omne animal benedictione. Psal. 144:

Nam confestim Vuitheus, qui se primus in illorum disciplinam tradiderat, illis ieiunantibus multa attulit munera & magnam ciborum copiam: sicque intra temporis ferè punctum, quod indigent Paternus impetrerat, cum grandi fœnore receperunt. Sed cum cibum caperent, non aderat aqua, qua sitim excluderent: qua tanto solet esse acrior, quanto est maior ē cibo satietas. Mox igitur in terram prostrati, supplices Christo, qui est fons vitæ indeficiens, preces offerunt, ut ipse famulis suis aquam largiat in deserto, qui olim populo Israëlitico ē petra largissimas produxit vndas in solitu- Exod. 17.
Num. 20.

Audiuīt auris propinqua clementissimi Salvatoris preces seruorum suorū, tan- genteque Paterno humum baculo, fons erupit: crederes te videre Moysen virga per- cutientem petram.

Eius rei famā crebrente, vir venerabilis Generosus, Abbas eorum, post triennij spatio abiit ad requirendos monachos suos, tam benè fugitios, quippe qui ad Chri- stum aufugerant. Vbi autem ad illos peruenit, didicit Paternum arduum sanè ritus S. Paterni institutum sequi, præter panem & aquam, vel olera sale conspersa, nihil alimento- rum admittere, & non foeminarum duntaxat, sed etiam virorum adspectus declina- re: ut ab hominum consuetudine semotus, sollicitè opereretur visitationes angelicas: tantoque plus proficeret in rerum diuinarum contemplatione, quanto mi- nus haberet ex hominibus solatij. Tum præterea cognouit eum nullo vñquam cu- bare in lectulo, nulla lecti operimenta requirere, nunquam ad plumas vel caput re- clinare: ea veste, qua interdiu vteretur, etiam noctu contentum esse: pro molli la- na aperum usurpare cilicium, vt nec ipsa quidem nocturna quies corpori sine molesta abiret, ex quoque in sanctis laboribus die, nox non ad quietem, sed ad laborem succedere videretur. His igitur consideratis, vt aduerit Abbas cum monastici Cano- nis metas, tanquam equum impatientem, immodo feruore excedere, imposito quo- dam freni retinaculo, ad moderata cum ieiunia reuocauit, simulque iussit, ne tam ar- tæ se daret solitudini, nec virorum adspectum & colloquia recusaret: tum etiam cel- lulas inuiseret. Simul etiam apud Leucianum episcopum & ciues præclarum ei redi- didit testimonium, bonis & honestis eum parentibus esse editum. Dehinc valefaciens Paterno, Scubilionem secum ad monasterium reduxit: cui tamen non multò post co- piam fecit ad Paternum sese recipiendi. Porro Leucianus episcopus Paternum primò Paternus fit presbyter. diaconum, indē presbyterum ordinauit. Ille verò quantum sibi senferat ex illa promo- tione accessisse dignitatis, tanto plus ipse sibi cumulandis virtutibus veri honoris ad- iecere nitebatur. Tantus autem Scisciaci ex eius & Scubilionis laboribus gratiæ fru- etus excreuit, dum illic celestis verbi semina spargerent, vt fanum prophani cultus in pecorum stabula redactum sit. Spelunca autem illa, in quam viri illi egregij se abdi- derant, tam suaves ex se diffudit virtutum odores, vt permulta ex Paterno prodierint monachorum examina, nec pauca apud Constantienses, Baiocenses, Cenomanos, Multa con- Abrincenses, Rhedones in Britannia minori ab illo fundata sint monasteria. Clariuit dit mona- autem eius eximia fides multis argumentis, & sacram vitam miraculorum signa de- clararunt.

Scisciaci nanque oblata ei fuit ancilla muta ab Oroaste presbytero. Extendit vir Mutam an- sanctus manū, ut pueræ labia aperiret: sed cum dentes non posset diducere, mox oleo colla curat. benedixit, eo quæ maxillas eius configitans, id effecit, ut sonum redderent, qualem so- lent catenarum fragmenta inter se collissa. Deinde etiam os eius eodem liniens oleo, scisciabatur quid haberet, quod sic perpetuò obmutesceret. Tum illa subito respon- dit viro Dei, & vnde muta fuisset effecta, explicauit.

Scisciaco discessurus vir sanctus ad Abrincenses, petiit à fratre Scubilione, ut lice- ret secum auferre duos pullos columbarum, quos ipse nutrirerat. Negauit assensum Scubilio, dicens se eius absensis loco vel columbas velle retinere. Ad quem Paternus: Inimicò vero, inquit, illius sint columbae, quem amplius amant. Cumquæ ad mona- stericia.

riuum, quod indè ad decēm & octō ferē millaria aberat, peruenissent, postridē venerabili viro Paterno illic columbae alacres occurrerunt, sūtū erga eum restantes desiderium. Nec prater rationem est, quod virum spiritalem columbae, quarum simplicitas etiam in scripturis diuinis commendatur, secuta sunt.

Apud Abrincenses Viri cuiusdam ancillæ adeò erant vi morbi contra manus, Contractas manus cuiusdam femina sanat. vt nec filia quidem è globo possent diuellere. Oravit pro misera vir Dei, & citò laxatis nervis, pristina manibus in columbras restituta est. Id vbi fama longè lateque diuulgauit, multa Childeberti regis prece compulsi, ei Parisijs vehiculò operto inclusus occurrit: cumque Mileutico puerā serpente percussus, illicò è corporē abiturus videtur, accessit ad eum vir sanctus, editoque crucis signo, & oculi liquore puerō perfuso, exitialē virus tali antidoto profigauit. Quo sancè in loco in rei gestæ testimonium basilicam in beati viri honorem condiderunt. Vbi autem maligni spiritus eum Parisios aduentare senserunt, ex obfessis corporibus aufugerunt: & qui febre correpti erant, incolumes euasere: nec potuit illic durare morbus, vbi tam insignis medicus sua pharmaca produxit. Postea verò, cùm vir Dei pro pauperibus regias aures appellaret, inclitus rex Childebertus Crescentio, ad quem publica cura spectabat, mandauit, vt quod B. Paternus ab ipso exigeret, id exequi nè omitteret. Promisit ille se ita facturum: sed fidem fefellit. Nam in Burgundiam profectus est, viro sanctissimo nesciente. At mox illum diuina vltio persecuta, oculorum lumine priuauit, ità vt biduo erraret. Agnoscent igitur culpam suam, celeriter regressus est ad hominem Dei, veniamque petij: eodemque momento, quo ab animo iniquitas abscessit, oculis lux redditus est: factusque ex ipsa cæcitate eruditior, serui Dei non distulit parere voluntati, felicior effectus pulchritudine caligine, quam oculorum luce reparata.

Visio sancti Paterni.

Creatur Abrincensis episcopus.

Mura lo- quitur.

Obit S. Paternus.

Lauto epi- scopus sub- scriptus in Aurelianæ Conca. 2. & 3.

Iam septuagesimum ætatis agebat annum B. Paternus, & Abbatis officio fungebatur, cùm eccè Scisciaci in cellula, quam primò extruxerat, quiescenti quadam nocte visus est locus ille mira claritate perfusus. Simul autem visi sunt ad eum ingredi sancti episcopi Melanius, Leucianus & Beor, qui ad Dominum migrauerant, ipsumque ordinare antistitem. Hac ille visione obstupuit, sed tacitam apud se habere volens, tamen occultare non potuit, quam poste ipse rei eventus ad omnium notitiam perduxit. Nam non multum intercessit temporis, cùm decedenti Abrincensi episcopo ad regis & populi preces ipse successit. Nec enim recusare potuit, quod secreta Domini dispensatione sibi imponendum iam antè præviderat. Vbi autem id honoris adeptus est, talē se præbuit, tum in veterum ecclesiarum instauratione, tum in nouarum ædificatiōne, domorum etiam reparatione, & pauperum procuratione, vt esset in singulis admirabilis, & in omnibus singularis. Cùm autem quadam vice in pago Theodosiaco ad comitem Seuerum foemina quadam, ciuis Rhedenensis, venisset planè mura, sanctoque viro in oratorio esset oblata, illo pro ea preces fundente, aetutum longa rupit silentia, nec potuit diutiū seruire inimico, pro qua Christus eius & creator & salvator fuerat interpellatus.

Tertiumdecimum annum in Abrincensi pontificatu iam agens vir sanctus, altero Paschatis die, cùm fratres Scisciaci inuitare cuperet, in morbum incidit, itemque sanctus Scubilio apud Mandanenses. Mittunt autem vtrinque nuncios, mutuoque sibi significant, vt priusquam migrant ex hac vita, mutuo conspectu fruantur. Nuncij in ipso itinere sibi fiunt obtiām, rogantque beatum Scubilionem, vt beato Paterno occurrat. Id verò quod minus ille posset, sinus quidam maris impedimento fuit, quem nocturno tempore traijere non licuit. Verū cùm à Scisciaco ferē tribus milliaribus abeffet, eadem omnino hora beatus Paternus & frater eius Scubilio reuerendus Propositus, nobili triumpho, comitibus angelicis spiritibus, animas suas è terris ad celestia regna cum Christo aeternū viaturas transmisserunt. Cumque & Paterni exequias celebraret Lauto episcopus, qui ante dies octō eius iniuncta causa eò venerat, eiusque sacrum corpus ad basilicam deportaret: itemque Lauscius episcopus S. Scubilionem ad basilicam eandem adduceret, ambo pontifices, concinente psallentium choro, præter omnem expectationem sibi iniucem occurrerunt, pariterque in eodem loco conuenerunt: & viri sanctissimi, quorum funerali illi antistites curabant, felici trāsitu locum orationis, quem ipsi extruxerant, eodem die simul occuparunt: & quise in vita mutuo dilexerant, nec in morte quidem separati sunt, idque adeò, vt uno eodemque momento, uno atque eodem monumento pariter conditi sint: nec dubium, quin Christo redemptori nostro, nostrī amantissimo,

tissimo, electi eius gratia è seculo, felicibus meritis illustres, pariter occurrerint in ca-
lis: etiam post obitum beatis & mirificis operibus integrè viventes, & miraculis co-
ruscantes, ad laudem & gloriam præpotentis Dei, cui est honor & gloria in secula se-
culorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTORVM MARTYRIVM
ELEVTHERII EPISCOPI, ET EVANTHIAE MA-
tris eius, authore Simeone Metaphraste.

VM Aelius Adrianus Romanis quidem imperaret, dæ. 18. Aprilis.
monibus autem & simulacris diligenter seruiret: admirabilis quoquè Eleutherius illo tempore cognitus est, veluti quædam stella diem illustrans. Cui patria quidem fuit in Eleutherij clyta & magna Roma: parētes autem genere quidem nobilissimi, diutius vero opulentissimi, gloria etiam clarissimi. Tè consulem enim fuisse eius patrem, eius scribit historia. Sed cum essent adeò insignes, nec eis quidem de-
cerat nobilitas ex pietate orta & religione. Eius enim ma-
ter * Euanthia, cum diuini Pauli apostolicis admonitioni-
bus fidem accuratè didicisset, cum studio virtutis, Dei quo-
què cultu erat valde louples. Ea cum hunc sanctum peperisset puerum, Eleutherium
quidem vocavit ex ipso ortu: adeò autem liberaliter & honestè eum educauit, vt no-
mini res quoquè conuenirent.

Sic ergo educatum, cum ad virilem ætatem peruenisset, Deo & Archiepiscopo Ani-
ceto dat eum, donum ipso dignum. Ipse enim tunc Romanæ prærerat Ecclesiæ. Qui vi-
dens morum eius moderationem & alias virtutes, eum quidem primùm Diaconum,
deinde Presbyterum, postremò Episcopum ordinat Illyrici: sicque lucerna, vt Euange-
licè dicam, posita super candelabrum, & verbi luce illuminante multorum cogitatio-
nes: & falsam quidem mendacij doctrinam proculante, doctrinæ sermone affluente,
ad solius autem Dei cognitionem multos conuertente & deducente ad pietatem, non
poterat malignus hæc ferre moderatè: sed rabie quidem in ipsum agitabatur, & graui-
ter spirabat contra pietatem. Totum vero subiens Adrianum, cum illo armatur contra
veritatem: & ante alios omnes contendit de medio tollere Eleutheriū, ex pijs studens
demetere eos, qui erant insigniores, tanquam spicas quædam ceteris præstantiores: &
statim cum terribili legatione mittitur Felix quidam, unus ex Ducibus exercitus, iussus
vt & per vim adducatur Eleutherium, & eum sisstat ante tribunal imperatorum. Qui cum
ad Christi mandram peruenisset ecclesiam, eam extrinsecus circunsidet multitudine
militum: & cum intus intercepisset Eleutherium, tanquam prædam aliquam studebat
habere agnum Christi.

Deinde templum ingressus, & truculentis quidem oculis & truculentiore etiam spi-
ritu, tanquam ipso vultu eius, qui miserat, significans lævitiam, se ostendens ijs, qui
videbant: postquam vedit Eleutherium suauissimum doctrinæ fluentum profunden-
tem, & ornatissimè pietatem annunciantem ijs, qui cum eo versabantur, ille miran-
dum in modum admirabatur Christi virtutē: & statim mutata sauitia, (visus est enim Felix, dux
habere animum, aptum ad suscipiendum semina pietatis) fit ouis pro lupo, & pro per-
secutor exercitus ad secutore discipulus: & priorum velut oblitus, non latro & persecutor, sed Christi, con-
querit persequebatur, amicus & discipulus: & despicit quidem ipsum Imperato-
rem: procedit autem ad pedes sancti: & ab eo tempore lubens versabatur cum
magistro, illius verbis illuminatus, & in pietate confirmatus. Sed sic quidem fecit
Felix, & nequaquam curauit reuerti ad eum, qui miserat. Non erat autem, id
quod videbatur Eleutherio. Festinabat enim ad confessionem: eratque prompto
& alaci animo ad pietatem liberè efferendam. Iter certè protinus est ingressus,
habens etiam se sequentem Felicem ducem exercitus. Cum autem inter eundum
in aquam incidissent, fit hic Felix alias Candaces: & à diuino Philippo baptizatur, Actor. 8.
nempe Eleutherio, & idolatriæ caligine, tanquam putrido aliquo indumento, ex-
Ab Fleuthe-
rio baptiza-
tur.

Postquam vero itinere confecto Romani venerunt, à fidelibus quidem, qui erant

Sff 3 Romæ,